

151 Respondet Suarez tomo 1. in 3. disp. 4. sect. 7. quod licet peccatum mortale in ratione offensae non sit gravitatis simpliciter infinita, habet tamen malitiam superioris ordinis ad omnem satisfactionem pure creaturae possibilem: unde cum res inferioris ordinis, quantumcumque multitudine, perfectione, & intentione crescant, non possunt adequare id quod in ordine superiori existit, ex malitia & gravitate peccati, recte inserit S. Thomas, quod nullius pure creaturae satisfactio potest eam aequalitatem compensare, seu pro illa condigne satisfacere.

Sed hac solutio & doctrina Suarez fuisse impugnabitur in tract. de Incarnatione, disp. 4. art. 1. §. ... ubi ostendimus, quod licet offensae commissa contra Deum sit superioris ordinis ad omnes offensas irrogatas creaturis, non tamen est superioris ordinis ad omnes actus satisfactorios pure creaturae, nisi sit gravitatis simpliciter infinita. Unde ad hunc locum Lectorem remittimus, ut eadem saepius repetamus.

§. IV.

Ultima ratio nostrae conclusionis exponitur.

154 Deum suaderi potest conclusio hoc discursu: Satisfactio ipsa crescit ad incrementum personae satisfaciendae, ut quando haec est infinita dignitatis communicatae actui satisfactorio valorem infinitum simpliciter, ut docent Theologi in tractatu de Incarnatione, agentes de satisfactione Christi, excepto Scoto & Discipulis ejus: Sed similiter gravitas offensae crescit ad incrementum dignitatis personae offensae: Ergo ex persona infinitae dignitatis, qualis est Deus per peccatum offensae accipit gravitatem simpliciter infinitam in esse moris.

153 Confirmatur & magis illustratur hac ratio: Licet satisfactio non crescat in valore secundum aequalitatem arithmeticum cum persona satisfaciendae; hoc est, ita ut satisfactio tanta sit, quanta est dignitas personae; nihilominus ita crescit ad illius incrementum, ut a persona infinita valorem simpliciter infinitum recipiat: Ergo pariter quamvis gravitas offensae, non augeatur arithmetice ad incrementum personae offensae, nihilominus ita augeatur, ut si persona offensae sit infinita dignitatis, qualis est Deus, ipsa injuria seu offensae sit etiam malitia & gravitatis simpliciter infinita in esse moris.

154 Respondet primo Adversarij, negando consequentiam, & pariter, & assignando hanc rationem discriminis, quod scilicet dignitas personae satisfaciendae, intrinsece (inquantum) pertinet ad satisfactionem; cum non suam tantum operationem, sed etiam seipsam submittat: at vero persona laesa dignitas est omnino extrinseca offensae, adeoque non pertinet ad intrinsecam ipsius gravitatem.

155 Sed contra: Persona laesa dignitas tam ingreditur rationem offensae, quam satisfaciendae dignitas valorem satisfactoris: Ergo nulla solutio, ac disparitas. Probatur Antecedens: Sicut ipse satisfaciens dupliciter considerari potest, primo ut principium actus satisfactorii, & sic mere extrinsece se habet; secundo ut ingreditur ipsum actum satisfactorium, tamquam objectum quod in recompensationem injuriae exhibetur; & sic se habet intrinsece ad valorem satisfactoris: ita etiam persona laesa dignitas dupliciter potest considerari, primo ut concomitans & per accidens se habens ad illam personam, prout attingitur per offensam; quomodo v. g. si quis ignorans aliqueum esse Regem, illum offenderet, & sic mere extrinsece se habet: secundo potest se habere formaliter & per se, ut si quis offenderet Regem cognitum ut talem, tunc enim offenderet etiam Regem dignitatem, & talis dignitas vere intrinsece pertinet, seu potius redundaret in gravitatem offensae: Cum ergo ratio summi boni & ultimi finis non se habeat in Deo, prout offenditur per peccatum mortale, per accidens & materialiter, sed formaliter & per se; quandoquidem homo, quantum est de se, avertit illam dignitatem a Deo, & dat illam creaturae: consequenter fit ut peccatum habeat gravitatem intrinsecam infinitam in esse moris.

156 Confirmatur primo: Ideo dignitas personae satisfaciendae pertinet intrinsece ad rationem satisfactoris, quia ipsa persona satisfaciendae transit velut in objectum quod exhibetur in compensationem offensae: Atqui etiam ipsa persona offensae est objectum & principium formale gravitatis offensae, cum ab ipsa specificetur; & licet persona sit extrinseca, ordo tamen transcendentalis ad illam est intrinsecus: qui ordo tanto major est, quanto ipsa persona est dignior: Ergo nulla est disparitas assignata, Et vero necessarium non est, quod ipsa persona offensae, secundum suam entitatem intrinsece rationem offensae ingrediatur; sed sufficit quod ejus dignitas, tanta quanta est, redundet in gravitatem intrinsecam ipsius offensae.

157 Confirmatur secundo: Etiam aliquo modo ipsa persona laesa ingreditur gravitatem offensae, nam quando fit

comparatio ac velut aestimatio duarum rerum, ipse valor utriusque intrinsece comparationem ingreditur: In peccato autem mortali fit aestimatio ipsius Dei & creaturae, quae illi proponitur: Ergo infinita Dei dignitas & perfectio, ingreditur aliquo modo gravitatem offensae; per peccatum mortale ipse irrogata.

Respondent alij assignando aliud discrimen inter satisfactionem & offensam: Nam persona satisfaciens (inquantum) comparatur ad satisfactionem, non ut objectum sed ut subiectum, subindeque seipsa illam dignitatem formaliter, & valorem satisfactorium influit ipsi aequalem, atque adeo infinitum, si talis persona sit infinita, non obstante limitatione principii proxime elicentis satisfactionem, & conatus actus satisfactorii: & contra vero persona offensae comparatur ad injuriam ipsi illatam, non ut subiectum; sed solum ut objectum; unde seipsa non gravificat offensam, nec ita per consequens constituitur infinite gravis ex infinita dignitate personae offensae.

Sed contra: Falsum est quod persona offensae comparatur solum per modum objecti, non vero per modum subiecti ad injuriam ipsi illatam: Ergo solutio tradita falso nititur principio. Consequentia patet. Antecedens probatur primo ex vulgari illo proloquio: *Non est in honorate: injuria autem in persona injurata.* Secundo ex differentia qua inter peccatum in ratione malitiae, & in ratione offensae invenitur: nam sub priori consideratione dicitur & est malum peccatum, sub posteriori vero non ipse peccatum, sed Dei offensae malum dicitur: Ergo in ratione offensae Deum fit subiectum morale respicit. Probatur tertio Antecedens ex communi modo loquendi: non enim offendens, sed persona offensae, dicitur pati offensam. Sed ille dicitur offensam patiens, qui offensae subiectum est: Ergo persona offensae est morale subiectum offensae.

§. V.

Solvuntur objectiones.

158 Obijcies primo: D. Thom. 3. q. 1. art. 2. ad 2. & 166 in 3. dist. 20. qu. 1. art. 2. dicit peccatum habere quandam infinitatem ex infinitate divina Majestatis: Sed particula illa *quandam*, cum sit distinctiva, denotat gravitatem peccati deficere ab infinitate simpliciter, & esse tantum tale secundum quid: Ergo D. Th. censet peccatum habere malitiam tantum secundum quid infinitam. Unde in 4. dist. 17. qu. 1. art. 3. qu. 1. comparat infinitatem peccati cum infinitate visionis beatae, quae secundum quid tantum, extrinsece dicitur & obijctive, infinita est.

Respondet D. Thom. ideo addidisse particulam illam, *quandam*, ut denotaret peccatum non esse infinitum physice & in genere entis, sed dumtaxat moraliter, seu in genere moris: illudque etiam non esse infinitum secundum omnem rationem moralitatis quae in ipso involvitur; non enim habet malitiam simpliciter infinitam, in quantum est malum hominis, sed solum quantum est malum Dei, & prout habet rationem offensae. Quod autem hac interpretatio sit legitima, patet: Tum quia alias D. Th. ex infinitate malitiae peccati non recte colligeret necessitatem satisfactoris infinite ab homine Deo exhiberi, ut supra §. 4. arguebamus. Tum etiam quia idem Doctor Angelicus in 2. dist. q. 1. art. 8. ad 2. ait gratiam Christi esse *quodammodo* infinitam, & in 4. dist. 14. q. 2. art. 1. ad 4. dicit passionem Christi esse infinitam *quodammodo*; & q. 20. de verit. art. 3. ad 4. inquit quod meritum Christi habuit *quodammodo* infinitatem; & tamen juxta communem Theologorum sententiam, gratia Christi, ejusque passio, & meritum, habent infinitatem simpliciter in genere moris: Ergo illa particula *quandam*, non denotat defectum ab infinitate morali, tali simpliciter, sed defectum ab insipitate in genere physico, gratiae ac merito Christi, & divinae offensae communem.

Ad id vero quod subditur ex quarto Sententiarum, 164 dicendum est D. Thomam comparare quidem infinitatem peccati cum insipitate visionis beatificae, sed non modum infinitatis unius cum modo infinitatis alterius; unde ex hoc colligi nequit, peccatum in ratione offensae esse tantum infinitum secundum quid, sicut est ipsa visio beatificae.

Obijcies secundo: Malitia moralis peccati mortalis est finita: Ergo & gravitas offensae. Probatur Consequentia: Gravitas offensae in peccato sequitur ad ejus malitiam moralem, & in illa fundatur; unde quo major est malitia moralis, eo major est offensae: Ergo si malitia moralis peccati fit finita, gravitas offensae peccati mortalis infinita esse nequit.

Respondent alij gravitatem offensae non sublevari ad malitiam peccati, ex parte conversionis ad objectum dissonum legi, sed ex parte aversionis a Deo: licet autem (inquantum) sub prima ratione finita sit, sub secunda tamen est infinita.

Sed

Sed haec solutio supponit falsum: Peccatum enim sub ratione aversionis, non est infinitum simpliciter & intrinsece sed tantum extrinsece & secundum quid, eo quod a bono infinito avertit: sicut actus caritatis convertens hominem in Deum ut ultimum finem, extrinsece & secundum quid tantum infinitus est: unde sicut per caritatem homo potest magis & magis ad Deum converteri, eique intimius uniri; ita & per odium potest magis & magis ab ipso averti, & veluti ab ipso magis & magis recedere.

164 Melius ergo respondetur, concessio Antecedenti, negando Consequentiam. Ad cujus probationem distinguo Majorem intellectam de gravitate personali: Gravitas offensae in peccato sequitur ad rationem malitiae: effectivae, nego Majorem; subjektivae, concedo Majorem, & sub eadem distinctione Minoris, nego Consequentiam.

Explicatur solutio: Sicut in actu caritatis Christi v. g. reperitur valor ab objecto proveniens (qui etiam conducit ad meritum) & valor personalis, ex persona Christi sumptus; quorum primus est finitus, quia vel est ipsa bonitas sumpta ex objecto, vel ad illam sequitur effectivae; secundus autem infinitus est, quia licet bonitatem actus ut substratum sua subiectum supponat, ab illa tamen effectivae non provenit: ita in presenti dicitur, gravitatem offensae sumptam ex objecto, limitatam esse & finitam; quia vel est idem cum malitia sumpta ex objecto, vel ad illam effectivae sequitur, gravitas autem quae ex persona offensae sumitur, est simpliciter infinita, quia licet malitiam actus praesupponat, non sequitur tamen ad illam effectivae, aut diminutive, sed solum subjektivae illam praesupponit in actu offensivo, ut ipsum in ordine gravitatis simpliciter infinita constituit. Sicut ergo non valet illa consequentia: Bonitas moralis actus caritatis in Christo est finita: Ergo & valor ejus meritorius finitus est: ita nec illa: Malitia moralis peccati mortalis est finita: Ergo & gravitas offensae, loquendo de gravitate personali, seu desumpta ex persona offensae.

165 Obijcies tertio: Actus caritatis, licet infinitam Dei bonitatem attingat, non continet tamen infinitam dignitatem moralem: Ergo licet peccatum mortale, in ratione offensae, attingat personam infinitae dignitatis, & majestatis, non recte colligitur illud esse gravitatis simpliciter infinitae.

166 Respondeo, concessio Antecedenti, negando Consequentiam, & pariter: Ratio autem discriminis patet ex supradictis: Nam bonitas infinita Dei ad actum caritatis comparatur ut objectum, persona autem offensae comparatur ad injuriam ut illius subiectum morale, id est in ordine ad estimationem prudentem: in hoc autem subiectum ab objecto distinguitur, quod illud totum quod ex se potest communicare actui, secus autem objectum, sed per commensurationem ad conatum actus, & inflaxam principii: & ideo licet divina bonitas actui caritatis, quem terminat, infinitam dignitatem non conferat; Dei tamen infinita majestas dat offensae gravitatem infinitam simpliciter: sicut infinita dignitas persona Christi actionibus ejus Theandricis, & supra Verbi suppositum reflexivis, conferat valorem meritorium, & satisfactorium; in esse moris simpliciter infinitum, ut in tractatu de Incarnatione contra Scotum & ejus Discipulos ostendimus. Ex quo intelligitur, quod sicut persona Verbi, quia subiectum est actuum qui ab humanitate Christi elicuntur, est in genere moris forma, tales actus significant, & infinito modo meritorios & satisfactorios consequuntur: ita quia Deus est subiectum morale offensae in peccato mortali repetita, habet rationem formae moralis talem offensam gravificantis. Unde inter actum caritatis, & peccatum mortale in ratione offensae, aliud discrimen reperitur, consistens in eo quod objectum actus caritatis, non se habet ad illam ut forma moraliter denominans, sed tantum ut objectum terminans: persona autem offensae, non ut terminans tantum, sed ut forma denominans & constituitur ad offensam comparatur, & ideo offensae non solum extrinsece & terminative dicitur infinita, id est terminata ad personam infinitam, sed absolute & simpliciter, sumpta denominatione a forma infinita, illam moraliter informante.

167 Dices ex hac doctrina sequi, offensam peccati mortalis non solum mortaliter, sed etiam physice, esse infinitam: Sed hoc absurdum est: Ergo etc. Sequela probatur: Persona divina, per peccatum mortale offensae, non solum moraliter, sed etiam physice infinita est: Ergo si ab illa, ut a forma denominante & constituitur peccatum mortale in ratione offensae, infinitam gravitatem & malitiam desumas, sequitur illud non solum moraliter, sed etiam physice infinitum esse.

168 Respondeo negando sequelam. Ad cujus probationem dico quod ut aliquid physice infinitum sit, non sufficit illud constitui per formam physice infinitam, sed insuper requiritur, ut talis forma ei physice uniat ut forma, & quia Deus dans ut forma gravitatem offensae, non unitur illi physice ut forma, sed solum moraliter, illam non physice, sed moraliter tantum infinitam constituit, *Theol. Genes, Tom. III.*

Si autem queras, quid sit uniri ut formam moraliter, 169 & non physice? Respondeo formam uniri solum moraliter, esse, sic uniri, ut licet physice non informet, praebet tamen fundamentum prudenti estimationi ad judicandum taliter se habere ad illam respectu effectuum moralium, ac si physice uniretur. Sicut in probabili sententia omisso pura est actus moralis, quia aequivalenter est actus physiceus, eo quod probat fundamentum ad prudenter judicandum voluntatem pure omittentem taliter se habere in ordine ad transgressionem legis ac si per physiceum & positivum actum vellet omittere.

Obijcies ultimum: Si peccatum in ratione offensae esset simpliciter infinitum, unum peccatum in ratione offensae alio majus non esset, sed omnia in ratione offensae essent aequalia: At hoc dici nequit: Ergo nec illud. Minor videtur certa: nam per peccatum odij, vel blasphemiae v. g. Deus magis offenditur quam per peccatum intemperantiae, puta per comestionem carniem de prohibito. Sequela vero Majoris probatur: Unum infinitum non est majus alio in eo genere in quo est infinitum. Ergo si peccatum in ratione offensae sit infinitum simpliciter, unum peccatum in hoc genere non erit majus alio, sed omnia in hoc genere, & sub hac ratione, erunt aequalia.

Respondent alij ex nostris Thomistis, negando Fe- 171 quelam Majoris, Ad cujus probationem distinguunt Antecedens de infinito per essentiam & in genere entis, & de infinito determinati generis, & asserunt quod licet loquendo formaliter de infinito in ratione infiniti, unum non sit majus alio, quia in negatione omnimoda termini, in qua ratio infiniti consistit, unum aliud non excedit: materialiter tamen de infinito loquendo, licet infinitum per essentiam, & in genere entis, petat a nullo excedi, infinitum tamen generis determinati, potest materialiter excedi ab alio infinito; & quia peccatum non est infinitum per essentiam, nec in genere entis, sed in genere determinato, scilicet in genere offensae, unum peccatum in ratione offensae alio majus esse potest. Haec solutio probabilitate non caret.

172 Melius tamen, & facilius respondetur, gravitatem offensae non solum sumi a persona laesa, sed etiam ab objecto, ab intentione actus, & aliis capitibus, ex quibus sumitur peccatorum malitia. Unde licet gravitas personalis, quae reperitur in offensae contra Deum commissa, in omnibus peccatis mortalibus aequalis sit: illa tamen quae ex objecto, ex circumstantiis, & aliis capitibus sumitur, inaequalis est, juxta objectorum & circumstantiarum inaequalitatem.

173 Potest haec solutio illustrari & explicari ex doctrina desumpta ex tractatu de Incarnatione, ubi Theologi duplicem bonitatem & valorem distinguunt in actionibus Christi Domini, alterum ex objecto & circumstantiis, qui dicitur vocari *objectivam*, alterum ex dignitate personae, qui propterea dicitur *personalem*; & asserunt primum valorem non fuisse infinitum, nec consequenter aequalem in omnibus actionibus Christi, sed majorem vel minorem, juxta majorem vel minorem excellentiam objecti talium actuum, secundum vero, utpote simpliciter infinitum, fuisse aequalem, immo & unicum in omnibus actionibus & passionibus Christi. Pariter ergo gravitas personalis competens peccato mortali ex majestate Dei offensae, simpliciter infinita, aequalis est in omni peccato mortali; gravitas autem ejus ex aliis capitibus sumpta, major aut minor est, juxta inaequalitatem malitiae derivatae ex illis.

ARTICULUS VII.

Utrum quilibet homo in primo instanti usus rationis teneatur sub mortali ad Deum se convertere; subindeque peccatum veniale cum solo originali esse non posse?

§. I.

Quibusdam praemissis, prima difficultas resolvitur.

174 Notandum primo: Quod cum ratio significet intellectum, in quantum est vis ad discurrendum, puerum pervenire ad usum rationis, nihil est aliud quam ipsum pervenire ad eum statum, in quo habet facultatem expeditam ad discurrendum, & discernendum inter bonum & malum morale: Haec vero facultas tunc censetur pueris inesse: quando male agendo se abscondunt, aut erubescunt; potest enim contingere pueros sibi cibos querere & praeferre, & sibi adhaerere domos, conservando lapides, ligna, & similia, qui tamen in genere morum nullo valent discursu, aut discretionem.

175 Notandum secundo: Quod quando quarrimus, an puer in primo instanti usus rationis teneatur ad Deum se convertere? nomine *instantis usus rationis* a nobis non intelligitur aliquid unum instans physicum & omnino indivisibile, sed tota illa duratio, qua homo indiget ad discernendum inter bonum honestum, & bonum delectabile aut leni-



sensibile, & ad deliberandum quodam ex predictis bonis fit amplectendum: quae duratio, quia regulariter breviflima est, utaque exigitur ad primum rationis usum plene exercendum, moraliter dicitur unum & primum instantis quavis physice verum tempus, adeoque plura instantia includit. Porro haec duratio, sive instantis morale in aliquibus est brevissimum, in aliis vero latius, juxta celeritatem & acumen ingenii uniuscujusque, & juxta diversam complexionem, & organorum ubi sensus interni resistent dispositionem: Nam ratione illorum quibusdam citius, quibusdam vero tardius datum est discernere, & predictam deliberationem complere: Sicut etiam ratione eorundem dispositionum quibusdam datum est citius, quibusdam tardius, ad rationis usum & discretionis annos pervenire.

176 Notandum tertio, duplicem dari posse conversionem in Deum; unam explicitam & formalem, quae consistit in actu dilectionis Dei cognitum ut talis per fidem, aut per iustitiam naturalem rationis: aliam solum implicitam & virtutalem, quae fit per propositum sequendi in omnibus bonum honestum, seu per amorem boni honesti ut sic, in quo Deus, ut in hujus boni auctor & finis, virtualiter & implicite continetur.

177 Ad plenam ergo & perfectam propositae difficultatis resolutionem, duo hic discutienda sunt: Unum, an puer cum primo pervenit ad usum rationis, tenetur ex praecipuo naturali se convertere ad Deum? Alterum, qualis debet esse illa conversio, an explicita & formalis, vel implicita solum & virtualis? Nam licet omnes discipuli D. Thomae conveniant in statuenda obligatione conversionis in Deum, seu dilectionis Dei in primo instanti usum rationis, non tamen eodem modo hujusmodi obligationem & dilectionem declarant: sed adhuc inter eos veritur dubium, an ad illam adimplendam exigatur amor Dei formalis & explicitus, an vero sufficiat implicitus & virtualis, contentus in ipso amore boni honesti in communi? Capreolus enim & quidam alii, attendentes quod haec conversio, sive ordinatio sui in debitum finem, secundum quod a S. Doctore ponitur, est dispositio ad justificationem (ait enim S. Thom. hic art. 6. quod si puer ad usum rationis pervenit, seipsum ordinaverit ad debitum finem, per gratiam consequetur remissionem originalis peccati) existimant eam explicitam & formaliter ad Deum ut auctorem supernaturalem debere terminari. Alii vero cum Cajetano, considerantes quae & quanta sint requisita ad conversionem in Deum ut finem supernaturalem, eaque puer in primo instanti rationis convenire non posse, rigorosam nimis hanc Capreoli sententiam judicant, & hanc ordinationem seu conversionem reducant ad conversionem in bonum honestum, in quo, ut dicebamus, implicite & virtualiter continetur conversio in Deum ut finem ultimam. Pro resolutione prima difficultatis

178 Dico primo, teneri omnino puerum, quamprimum ad usum rationis pervenit, sive in primo instanti morali usum rationis, convertere se ad debitum finem, eo modo quo potest. Ita D. Thomas hic art. 6. & omnes ejus discipuli, nullo excepto: Tam clare enim & tam firmiter in hac quaestione S. Doctor loquitur, & tam frequenter inculcat illam sententiam, ut merito, a Thomistarum classe eum rejiciendum putem, qui ab ejus vestigiis hac in parte recesserit. Eandem sententiam tenent Abulensis super cap. 2. Matth. quae. 749. Dionysius Carthusianus in 2. dist. 23. Vincentius Bellocensis in speculo morali, Navarrus in manuali cap. 11. num. 7. Tolletus lib. 4. Summae cap. 9. num. 9. Vega in Trident lib. 9. cap. 42. & plures alii, quos referunt Carmelita Salmanticensis dist. 20. dub. 1.

179 Probatur primo conclusio: Statim atque lex aliqua alicui sufficienter promulgata est, tenetur eam acceptare, & illi se subicere; v. g. cum primo proponitur alicui lex Evangelica, ipseque veritatem talis legis sufficienter agnoscit, tenetur amplecti illam, & proponere vivere secundum ipsam, sicut in communi; & nisi ita faciat, mortaliter peccat, ut satis communiter docent Theologi in tractatu de legibus: Sed homini in primo instanti morali usum rationis, per dictamen synderesis, & iustitiam naturalem rationis intimatur a Deo lex naturalis, distinctans bonum honestum esse sequendum; & praefendum uti ac delectabili: Unde SS. Patres, praesertim Cyillus, illud Joann. 1. illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, intelligunt de illuminatione in primo instanti usum rationis, in quo homo dicitur tunc in mundum venire, quia tunc primo incipit vivere ut homo: Ergo in eo instanti tenetur homo tali legi se subicere, & deliberare sequi bonum honestum & rationi consonum; quod est virtualiter & implicite in Deum se convertere, ut notabili tertio ostendimus.

180 Constat: Cum Deus primo hominem predicto modo illuminat, ostendendo ei suam legem naturalem; quasi notificat illi dominium morale quod habet in ipsam, summeque possessionem humanae voluntatis, quae ex tunc ipsi debetur: Ergo tenetur ex tunc ipsa voluntas amplecti ri-

lem legem, & ejus obedientiae se submittere; non enim sine hac submissione possidet moraliter a Deo, neque Deus suam morale dominium in eam exercet: fit autem talis submittio per electionem boni honesti, seu per propositum vivendi secundum rectam rationem & secundum dictamen, ut ex supra dictis patet: Ergo in primo instanti usum rationis homo tenetur, implicite saltem, se in Deum convertere, & dominio illius se subicere, deliberando sequi bonum honestum & consonum rationi.

Confirmatur amplius: Angelus astrictus fuit praecipuo diligendi Deum: & convertendi se in illum, in primo instanti suae libertatis, quod fuit secundum suae creationis, & correspondet primo instanti morali: Ergo etiam nos tenemur in hoc nostro instanti similem dilectionem elicere, & in Deum nos convertere, eo modo quo in illa aetate sumus capaces, id est explicitae, vel implicite, secundum illuminationem quae tunc nobis datur a Deo; utpote cum eadem ratio utrobique militet, nempe quod omnis creatura rationalis, ubi plene exercet dominium suae voluntatis, & agit ut omnino libera, tenetur se suo Creatori submittere, & primum amorem, velut primum voluntatis fructum illi consecrare. Et sine rationi valde consentaneum est, ut Deus talis creatura auctor, pro creationis beneficio exigat ab illa ex tunc hujusmodi pensionem, utque primitias libertatis a se create sibi consecrari exposulet; sicut olim in lege Moisa praecipiebatur offerri omnia primogenita animalium, & omnium frugum primitias.

Probatur secundo conclusio ratione quam insinuat S. Doctor hic art. 6. & fufe ibidem expendit Cajetanus. Id quod primo occurrit homini, primum usum rationis habenti, est deliberare de seipso, hoc est ad quem finem se suasque actiones sit ordinaturus: Ergo tunc tenetur elicere actum, quo proponat sequi bonum honestum & rationi consonum, quod est se convertere implicite in Deum hujus boni auctorem & finem, ut notabili 3. exposuimus. Consequentia manifeste videtur: Quia si homo tunc deliberat ad quem finem se suasque actiones ordinet, tenetur se, suasque operationes in bonum naturae rationali, ut talis est, & prout a brutis distinguitur, conveniens, referre & ordinare: Sed bonum consonum naturae rationali ut tali, est bonum honestum, non autem bonum delectabile; cum illud magis naturae animalium quam rationali conveniens sit; unde Seneca Epist. 94. Cur, inquit, mihi voluptatem nominas? homini bonum quare, non peccatis aut bellis, quibus ventis laetior est, & ad percipiendas corporis voluptates? Ergo si homo in primo instanti usum rationis de seipso deliberat, & se suasque actiones in aliquem finem ordinat, tenetur ordinare in bonum honestum, & oppositum malum respicere. Antecedens autem, in quo est difficultas, sic probatur a Cajetano. Cum finis cui omnium concupisibilem sit ipse homo (amicabilia enim quae sunt ad alios, veniunt ex amicabili ad se, ut ait Aristoteles 9. Ethic. cap. 4.) oportet quod amor quorumcumque concupisibilem supponat amorem sui ipsius: nam sicut concupisibile principiorum praesupponit ad cognitionem conclusionum; ita amor finis est prior amore eorum quae sunt ad finem: Ergo etiam deliberatio circa quaecumque concupisibilia, praesupponit in homine deliberationem circa seipsum, asque manet, id quod primo occurrit homini habenti primum usum rationis, esse deliberare de ipso.

Dices primo: cogitationem primo occurrentem homini in primo usum rationis, non esse de seipso, sed de discernendo inter bonum & malum oppositum.

Sed contra: Venire ad usum rationis, non est hominem discernere inter bonum & malum in abstracto, sed relative ad seipsum, discernendo quid sit bonum & malum sibi tantquam fini sui: atque ita optime fit, quod quia homo est finis aliorum, sibi etiam primo occurrit in illo instanti, tantquam in cui sit bonum prosequendum.

Dices secundo: Si est finis aliorum: Ergo primum quod sibi occurrit, non est deliberare de seipso, cum deliberatio non fit de fine, sed de medio.

Sed contra: Licet homo sit finis aliorum extra se, non tamen est finis ultimus, sed intermedius, & per consequens se habet ut medium respectu Dei, qui est finis simpliciter ultimus omnium creaturarum: unde ex quo homo est finis aliorum, sibi primo occurrit, ex quo vero non est ultimus finis, sibi primo occurrit deliberare de se in ordine ad ultimum finem.

Probatur tertio conclusio: Datur praecipuum naturale diligendi Deum super omnia, & nos convertendi in illum, ut ex pluribus Scripturae locis colligitur, praesertim ex illo Zachariae 1. Convertimini ad me, & ego convertar ad vos: quod praecipuum cum sit affirmativum, non obligat semper & pro semper, sed pro aliquo determinato tempore, ut de praecipuis affirmativis communiter docent Theologi: Atqui non potest aliud tempus magis proportionatum & conveniens observationi talis praecipui assignari, quam primum instantis morali usum rationis: Ergo in illo homo tenetur

tenetur ad Deum se convertere, saltem implicite, proponendo sequi bonum honestum & rationi consonum, ut dicemus conclusione sequenti. Major patet, Minor vero probatur multipliciter. Primo quia, ut supra dicebamus, in primo instanti usum rationis lex naturalis, mediante synderese & lumine naturali, intimatur homini, subindeque tunc primo incipit obligare quantum ad omnia ipsius praecipua; inter quae primum ac praecipuum est praecipuum diligendi Deum super omnia, & nos convertendi in illum.

186 Secundo probatur Minor: Homo in illo primo instanti ingreditur moraliter in mundum, & viam vite rationalis & humanae incipit; unde sicut ille qui incipit aliquid longam iter, ex dictamine recte rationis & prudentiae, tenetur initio illius aliquid terminum sibi praestituere; ita & homo in primo illo instanti debet certam operandi regulam, certumque & fixum scopum, quo suas operationes dirigat, sibi proponere, nempe honeste & conformiter ad dictamen recte rationis vivere: alias maximo errandi in decursu vite periculo se exponit, cum parvus error in principio, fit maximus in fine. Unde plures Doctores ad nostram propositum explicant illud Psalmistae: Dominus sustulit iniquitatem tuam, & exitum tuum, de primo & ultimo instanti humanae libertatis, in quibus praecipue indiget humana fragilitas a Deo condidit. Illud ergo instantis morali est tempus maxime opportunum & necessarium ad observantiam praedicti praecipui. Hanc rationem insinuat S. Thomas q. 28. de verit. art. 3. ad 4. ubi sic ait: Cum quilibet tenetur peccatum vitare, & hoc fieri non potest, nisi praestitum sibi debito fine, tenetur quilibet, cum primo sua mens est compos, ad Deum se convertere; & in finem consistere.

187 Tertio Minor probatur: Praecipuum diligendi Deum super omnia est primum quod continetur in lege, juxta illud Matth. 22. Hoc est maximum & primum mandatum; unde praecipuum praecipuum dicitur, quia cetera omnia illud supponunt, & in eo radicanur: adimpletionem autem primi praecipui debetur est primum tempus capax talis adimpletionis: quod est primum instantis morali usum rationis & libertatis: Accedit quod tale praecipuum est finis omnium praecipuorum, & totius legis; juxta illud 1. ad Thimoth. 1. Finis praecipui est caritas: finis autem, licet in executione sit posterior, in amore tamen & intentione debet esse prior, utpote propter quem cetera diliguntur: debet igitur praecipuum diligendi Deum, & se convertendi in illum, in primo instanti usum rationis acceptari & adimpleri.

188 Denique probatur eadem Minor: omnia alia tempora, pro impletione hujus praecipui ab Adversariis assignata, non sunt ita apta & convenientia, sicut primum illud instantis morali usum rationis, ut patet ab referendo ex Tamburino lib. 2. in Decal. cap. 3. §. 2. n. 1. ubi decem Theologorum sententias recenset: Primum tempus (inquit) quod aliqui assignant, est initium usum rationis: secundum, finis vite: tertium, tota vita indeterminatae sumpta, ut saltem semel in ea ametur Deus: quartum, omnes dies festivi, in quibus debemus Deo specialiter vacare: quintum, tempus quo adultus suscipit baptismum: sextum, tempus quo quis suscipit Eucharistiam & septimum, quando forte sumitur martyrium: octavum, quando magnum a Deo accipit beneficium: novum, quando audit aliquem contra Deum blasphemantem: decimum, quando gravi urgeris tentatione, praesertim alicui Dei, cum periculo conscientiae, nisi ad Deum per amorem te converteras. Patet, inquam, omnia illa tempora non esse ita apta & convenientia ad implendum praecipuum dilectionis, sicut initium usum rationis. Quod enim dicitur de instanti mortis, communiter reprobat: quia cum praecipuum dilectionis Dei traditum sit ad rectam vite humanae institutionem, per relationem operationum nostrarum in Deum tanquam in ultimum finem, & ad conciliandam conservandamque amicitiam cum illo, rationi distinet ut in solo vite exitu obliget, totumque vite spatium extra talem obligationem sit. Unde Dominus Soto lib. 2. de justitia & iure q. 3. art. 10. loquens de hac sententia; sic ait: Si dixeris finis esse semel in vita, inquit in articulo mortis, praecipuum dilectionis Dei implere, profecto longe a natura praecipui aberras: cum enim praecipuum hoc ceterorum omnium sit praesubstantum, & ut ait Paulus, finis; nam finis praecipui est caritas; ridiculum esset dicere, quod licet transgredere totam vitam antequam nos obliget. Similiter alia sententia, quae totum tempus vite determinate assignat, communiter rejicitur, eo quod quilibet praecipuo determinato certum de determinatum tempus, in quo obliget, assignari debeat: unde hic modus dicendi difficultatem non solvit, sed dissimulat. Aliae etiam sententiae, excepta ultima, omni probabilitate carent: cum elicere actum caritatis temporibus ab illis auctoribus designatis (puta diebus festivis, cum debet suscipi Baptismus, vel Eucharistia, vel dum instat tempus martyrii, aut magnum aliquid beneficium a Deo recipitur) non sit praecipuum, sed demumtaxat consilium.

Solum potest esse difficultas circa ultimam sententiam, 189 quam docet Thomas Sanchez lib. 2. summe cap. 35. ubi repositis aliis dicendi modis, docet praecipuum caritatis tunc solum obligare, cum graves odii Dei tentationes iniant, & periculum illis succumbendi adest, nisi tentatus actum amoris Dei eliciat. Sed hanc etiam dicendi modum sufficientem esse demonstrant Salmanticensis loco supra citato, n. 5. Primo quia (inquunt) obligatio ad actum, quae est praecipue ratione tentationis causa occurrentis & urgentis, non est obligatio per se, sed per accidens; sicut per accidens & non per se est quod talis tentatio tunc occurrerit, & alia via superari non possit: tempus autem quod quaerimus non est illud, in quo praecipuum dilectionis Dei urget per accidens; sed in quo obliget per se, quia certum est aliquando esse aliquod tempus hujus per se obligationis. Secundo quia talis obligatio debet esse communis omnibus adultis, & omnes illos constringere, sicut ipsum praecipuum commune est, & omnibus imponitur: Sed illa occasio in quo urgent graves odii Dei tentationes, & periculum illis succumbendi, non est communis omnibus adultis, pluri enim sunt, qui toto vite tempore nullis hujusmodi tentationibus vexantur: Non igitur hac via assignatur sufficiens tempus praedictae obligationi.

Ex his intelligit, D. Thomam non advenisse aut ex 190 cogitare novum praecipuum, dum puerum pervenientem ad usum rationis alicui teneri ad se convertendum in Deum, sed solum determinasse & declarasse tempus, quo primum & antiquissimum omnium mandatorum, scilicet caritatis praecipuum, obligare incipit, nempe primum instantis morali usum rationis & libertatis; in quo instanti magis hoc praecipuum urget, quam alia quaecumque occasione vel tempore assignabili, quae non videtur? An forsitan periculosam navigationem tunc homo non aggreditur? Vel parum referre recentem testam bono liquore & odore imbibe? Vel tunc non magnum instat tentationis periculum, quando Adversarius noster Diabolus circum quereis tentatum vult quam devoret? ait eleganter illustriss. D. de Marinis Avenionensis Archiepiscopus. Nec obstat, si hujus atatis imbecillitatem alleges, quae non videtur ad talem obligationem subeundam idonea: nam facilius est puero talem conversionem seu dilectionem in illo instanti elicere, quando nulla adest indifferensio ex aliquo peccato personali relicta, in qua eo transito, ubi talis indifferensio possit voluntatem retardare. Unde suavius egisse videtur divina providentia, restringendo tale praecipuum ad primum instantis, quam si ulterius illud distulisset. Adde quod puer ad annos discretionis perveniens, non tenetur se convertere in Deum, nisi juxta illuminationem & notitiam de Deo quae tunc ipsi communicatur; ita ut si notitia Dei fuerit explicita, ad amorem explicitum; si implicita, ad implicitum tantum tenetur, ut patet ex dicendis conclusione sequenti.

Dico secundo: Quamvis praecipuum dilectionis Dei 191 omnes ad rationis usum pervenientes per se obliget ad formalem & explicitam in Deum, ut auctorem & finem supernaturalem, conversionem, per accidens tamen multi excusantur ab impletione hujus praecipui, quantum ad amorem explicitum Dei, etiam ut finis naturalis: nemo autem excusatur ab ejus obligatione, quantum ad amorem Dei implicitum, in amore boni honesti in communi virtualiter contentum.

Haec conclusio conciliat sententias Capreoli & Cajeta- 192 ni supra relatas: nam quando Capreolus asserit ad impletionem praedicti praecipui requiri amorem explicitum Dei, etiam ut auctoris & finis supernaturalis; loquitur de obligatione quae per se oritur ex vi praecipui: quando vero Cajetanus & alii Thomistae communiter docent ad ejus adimpletionem sufficere amorem Dei ut finis naturalis, implicite contentum in ipso amore & electione boni honesti, & in proposito vivendi secundum rectam rationem, loquuntur de eo quod per accidens in multis accidit, qui propter ignorantiam invincibilem ab obligatione praedicti praecipui, quantum ad amorem Dei explicitum, excusantur. Hoc praemisso,

Probatur prima pars conclusivus: Praecipuum diligendi 193 Deum obligat omnes homines, ex quo habent rationis & libertatis usum, seu in primo instanti morali usum rationis & libertatis, ut praecedenti conclusionis ostendimus: Sed supposita elevatione naturae humanae ad ordinem & finem supernaturalem, tale praecipuum jubet amorem formalem & explicitum Dei ut auctoris & finis supernaturalis, cum illum ut talem per fidem cognoscamus: Ergo per se & ex vi praedicti dilectionis Dei, puer ad annos discretionis perveniens, tenetur ad amorem explicitum & formalem Dei, ut auctoris & finis supernaturalis.

Confirmatur: Supposito quod amor explicitus Dei ut 194 auctoris supernaturalis aliquando fit debitus, ut omnes supponunt, rationes a nobis factae sufficienter convincunt opportunitudinem tempus talis obligationis esse praedictum instantis, nullumque succedere in toto vite spatio magis vel aequo opportunum. Ergo &c. Dixi autem supposita elevatione naturae humanae ad ordinem supernaturalem: quia si homo



homo sine tall elevatione, & in statu naturae pure conderetur, praeceptum diligendi Deum solum comprehendere...

195 Quod autem multi ab obligatione hujus praecepti, quantum ad amorem Dei explicitum, per accidens excusentur...

196 Tertia pars conclusionis, quod scilicet nemo excusatur ab obligatione praedicti praecepti, quantum ad amorem Dei implicitum...

197 Denique haec veritas adeo clara & manifesta est, ut ipsi etiam Ethnici eam agnovissent: nam apud Latinum Poetam decantatum habemus litteram Pythagorae...

§. II.

Solvuntur objectiones.

198 Contra praecedentes assertiones plura obijciunt Recentiores, quae soluta manent ex dictis. Dicunt in primo instanti usus rationis, neque in Scriptura, neque in SS.

Patribus contineri, subindeque gratis & sine ullo fundamento esse a D. Thoma excogitatum. Addunt nimis durum videri, astringere pueros praepcepto adeo oneroso in illa adhuc tenera aetate...

Hae sunt praecipua adverse sententiae fundamenta, quae 199 ut dixi, soluta manent ex dictis. Offendimus enim praepceptum illud, de quo agimus; non esse novum, nec a D. Thoma excogitatum, sed maximum habere fundamentum in Scriptura, & SS. Patribus...

Patet etiam ex supra dictis, praepceptum istud non esse nimis onerosum & asperum; cum per illud puer solum teneatur se convertere in Deum eo modo quo potest, seu ut loquitur S. Doctor, secundum quod in illa aetate est capax...

Ad aliud quod subijungitur, neganda est sequela: nam multi sunt pueri inter fideles nutriti & baptizati, ac probis moribus imbuti, qui reipsa tale praepceptum adimplent, & ad Deum explicito, vel saltem implicito, in instanti morali usus rationis se convertunt...

Denique ad illud quod dicitur de ignorantia invincibili praedicti praepcepti, respondetur quod licet aliqui viri docti tale praepceptum invincibiliter ignorare possint, non tamen pueri ad primum instanti discretionis perveniunt...

sepe obambulant. Ex quo fit quod non solum plures viri docti, de existentia illius praepcepti dubitent, sed etiam quod nos ipsi, qui veram tenemus sententiam, mihi adport hinc & ceritudine ei modo assentiamus, quam in instanti morali usus rationis: tunc enim cognitio naturalis, utpote innoxia evidenti luminis, omni formidini & rationi dubitanti locum praeccludit...

§. III.

Solvitur difficile argumentum.

Hoc argumentum potest sic breviter & clare proponi. Si quilibet homo primo perveniens ad usum rationis teneretur se convertere in Deum, deberet ipsi dari auxilium sufficiens ad talem conversionem; Sed hoc dici nequit: Ergo nec illud. Major patet, nam obligatio inexcusabilis ad aliquem actum fieri nequit absque auxilio sufficienti ad illum; cum Deus neminem obliget ad id quod est ei impossibile, & nullus peccet in eo quod vitare non potest. Minor vero, in qua est difficultas, sic ostenditur. Si quilibet homo ad annos discretionis perveniens, haberet auxilium sufficiens, quo posset se convertere in Deum, vel illud esset quoad substantiam & entitatem supernaturale, vel naturale? Neutrum dici potest. Ergo &c. Major patet. Minor quoad utramque partem fundatur. Et primo quod tale auxilium non esset supernaturale, videtur certum: Tum quia auxilia supernaturalia non dantur omnibus, sicut nec fides, cuius illuminatio tenet primum locum inter auxilia ordinis supernaturalis; ut ostendimus in tractatu de praedestinatione disp. 5. art. 5. §. 4. Tum etiam quia si cuilibet homini ad usum rationis pervenienti daretur auxilium supernaturale, ut in Deum se converteret, nullus esset infidelis negative: quod tamen est contra S. Thomam 2. 2. q. 10. art. 2. ubi docet dari in illis hominibus, ad quorum aures praedicatio Evangelii non pervenit, infidelitatem negativam, seu ignorantiam invincibilem mysteriorum fidei. Sequela probatur: Ille dicitur infidelis negativus, qui nihil unquam audivit de mysteriis fidei, nec ullam habet cognitionem aut illustrationem supernaturalem; At si quilibet homo ad usum rationis perveniens, haberet in voluntate auxilium supernaturale, ut posset se convertere in Deum, nullus esset qui non haberet in intellectu aliquam illustrationem & cognitionem supernaturalem: Ergo nullus esset infidelis negativus. Major patet, Minor etiam videtur certa: nam cum voluntas in omnibus sequatur ductum intellectus & iudicium ejus practicum, repugnat quod aliqua illius affectio vel motio ad supernaturalem ordinem pertineat, nisi istius illuminationis eandem ordinem attingat, subindeque quod datur auxilium physicum supernaturale in voluntate, nisi praecedat ex parte intellectus auxilium morale etiam supernaturale: fere aliqua illustratio & cognitio supernaturalis.

Deinde quod auxilium illud, de quo est questio, non possit esse entitative & quoad substantiam naturale, eadem facilitate potest ostendi. Nam (praeterquam quod, ut dicemus in tractatu de gratia disp. 1. art. 4. homo in natura lapsa non potest ex viribus naturae diligere Deum ut auctorem & finem naturalem, dilectione efficaci, qualis debet esse amor de quo loquimur) ex hoc sequeretur, hominem ex viribus naturae posse se disponere ad gratiam & justificationem: Sed hoc est Pelagianum: Ergo &c. Sequela patet: nam D. Thomas hic art. 6. docet quod si puer perveniens ad usum rationis, seipsum ordinaverit ad debitum finem, per gratiam consequeretur remissionem originalis peccati: ex quo inferri peccatum veniale non posse esse in aliquo cum solo originali, ut infra patebit: Ergo si puer ex solis viribus naturae, & cum auxilio entitative & quoad substantiam naturali, possit in Deum se convertere, seu in debitum finem se ordinare, poterit ex istidem viribus naturae ad gratiam justificantem se disponere.

Nec valet si dicatur, inter illum actum, & infusionem gratiae, mediare aliquod auxilium supernaturale, quo puer prius tempore vel natura quam jusserit, & consequatur remissionem originalis peccati, illuminatur interius a Deo de rebus fidei, & se convertit in Deum ut auctorem supernaturalem; ac prorsus gratiam & justificationem non correspondere viribus naturae & conversioni naturali in Deum, sed auxiliis gratiae, & conversioni supernaturali. Non valet (inquam) quia ex hoc sequitur quod saltem prima illa vocatio ad fidem, & auxilium illud supernaturale, correspondeat viribus naturae, seu conversioni naturali, subindeque quod facienti quod in se est viribus naturae, Deus inallibiter conferat saltem auxilia gratiae, nam ideo tale auxilium supernaturale, seu prima illa vocatio ad fidem, illi puero confer-

tur, quia ex viribus naturae se convertit in bonam honestum, & in Deum ut finem naturalem. Hoc autem communiter negant nostri Thomistae in Thactatu de gratia, ubi docent non dari certam & inallibilem connexionem gratiae, vel auxiliorum ejus, cum aliquo actu elicitivo viribus solius naturae, nihil gratiae ibi concurrente: unde S. Th. infra q. 109. art. 6. ad 2. & ad Roman. 10. lect. 3. axioma illud, facienti quod in se est Deus non denegat gratiam, intelligit de illo qui facit quod in se est, adjunctis gratiae auxiliis, non vero ex solis viribus naturae. De quo plura diximus in tractatu de praedestinatione disp. 2. art. 3.

Ex his ergo patet nodus praesentis difficultatis, & quam 207 difficile sit in Caribdim vel in Scyllam non incidere: si enim dicatur actum dilectionis Dei, ad quem omnes tenduntur in instanti usus rationis, elici ex solis viribus naturae, sequitur quod ex viribus naturae homo possit se ad gratiam disponere. Si vero asseramus ad talem conversionem & dilectionem hominem indigere auxilio & viribus gratiae, suppletis virium naturalem defectum, in aliud inconveniens non minus grave, & in Scyllam non minus periculosam incidimus: nam fateri tenemur non dari infideles pure negative, nullique illuminationem interiore de mysteriis fidei, qui primum tenet locum inter auxilia ordinis supernaturalis, a Deo in peccato peccati originalis denegati; ejus oppositum docet D. Thomas loco citato, & nos in tractatu de praedestinatione fute ostendimus disp. 5. art. 5. §. 4.

Hic difficulti argumento respondent aliqui ex nostris 208 Thomistis, auxilium quod datur cuilibet homini ad usum rationis pervenienti, ut se convertat in Deum, esse entitative & quoad substantiam supernaturale. Ut autem cum hoc salvent dari infideles negative, distinguunt duplex auxilium supernaturale; unum quod est tale ex suo objecto, cuiusmodi est illud quod datur ad credendum mysterium Trinitatis v. g. vel ad se convertendum explicito in Deum ut auctorem supernaturalem: aliud cuius entitas est supernaturalis ex modo tantum, quia non datur ad eliciendum aliquem actum supernaturalem, sed ad subveniendum infirmitati naturae per peccatum debilitatae; & ad reddendam illam complete potentem ad eliciendum aliquem actum naturalem, quam in statu sanitate & integritatis ex propriis viribus elicere poterat: & huiusmodi (inquunt) est illud auxilium, quod datur homini in statu naturae corruptae, ad conversionem in Deum ut ultimum finem naturalem. Unde per hoc evadere putant difficultatem argumenti propositi, & duo illa inconvenientia supra adducta devitare: ex eo enim quod tale auxilium est supernaturale ex modo, habetur quod homo ex solis viribus naturae non potest se disponere ad gratiam sanctificantem, vel ad ejus auxilia: ex eo quod non est supernaturale ex objecto, stare potest cum infidelitate negativa; quia illud habens non debet habere in intellectu revelationem de mysteriis fidei, vel alicujus objecti supernaturalis cognitionem.

Hae solutio, quam aliqui Recentiores plurimum extolunt & magnificant, sicut subtilitate non caret, ita nec difficultate. Primo quia ut aliquid dicatur quoad substantiam & entitatem supernaturale, non sufficit quod superet vires naturae infirmas, sed oportet quod excedat virtutem cujuslibet naturae inferioris ad Deum, ut docent nostri Thomistae in tractatu de gratia: Ergo ex eo quod dilectio efficaci Dei ut auctoris & finis naturalis, superet vires naturae infirmas, & per peccatum debilitata, non sequitur auxilium collatum puero ad annos discretionis pervenienti, ad se convertendum implicito in Deum ut auctorem & finem naturalem, esse quoad entitatem & substantiam supernaturalem, sed solum esse speciale, intra ordinem naturae.

Deinde cum specificatio actus ab objecto desumatur, difficile intelligi potest, quomodo illuminatio, data puero in instanti usus rationis, fit quoad suam entitatem & speciem supernaturalem, & nihilominus nullum objectum supernaturale attingat, & Deum ut finem & auctorem solum naturalem respiciat.

Nec valet si dicatur, quod licet lumen illud puero in eo instanti collatum, explicito solum Deum ut auctorem naturalem respiciat, implicito tamen tendit in ipsum ut auctorem supernaturalem. Ex hoc enim manifeste requiritur, nullum dari infidelem negative, subindeque illos auctores incidere in illud inconveniens quod maxime vitare cupiunt. Sequela probatur: Sola cognitio implicita de rebus fidei, sufficit ad tollendam infidelitatem negativam: Ergo si quilibet homo ad usum rationis perveniens, habet cognitionem implicitam Dei ut auctoris supernaturalis, nullus erit infidelis negativus. Consequenter patet, Antecedens probatur ex D. Thoma 2. 2. q. 10. art. 3. ubi explicito docet Cornelium ante instructionem Petri, non fuisse infidelem negative, quia iuxta Scripturam erat acceptus Deo, & consequenter habebat gratiam & fidem, sine quibus impossibile est placere Deo; qui vero habet habitum fidei, non est infidelis negativus, cum infidelis.



infidelitas sit earentia fidei; Atqui ex eodem S. Doctore ibidem Cornelius ante talem instructionem non habebat fidem explicitam, sed tantum implicitam: Ergo loca cognita implicita de veritatibus supernaturalibus tollit infidelitatem negativam.

Confirmatur: Si Cornelius obijisset ante instructionem Petri, & ante cognitionem explicitam de rebus supernaturalibus, fuisset salvatus, quandoquidem erat iustus & acceptus Deo, ut ait Scriptura: Ergo cum nulli infideli pateat adit ad regnum celorum, vere propter solam cognitionem implicitam erat fidelis, subindeque talis cognitio omnem infidelitatem etiam negativam excludit. Itaque ergo solutio rejecta.

210 Melius ac solidius respondetur, quod licet auxilium efficac ad conversionem in Deum ut auctorem naturae, sit entitative & quantum ad substantiam supernaturalis, non tamen auxilium pure sufficiens. Ratio discriminis est, quia auxilium efficac ad actu agere: sufficiens vero consistit solum potentiam ad agendum: quamvis autem in statu naturae lapsae actualis conversio in Deum, ut auctorem naturae, nunquam ponatur sine auxilio gratiae (eo quod talis conversio non possit stare cum originali peccato, neque istud auferri sine gratia) potentia tamen ad se convertendum in Deum ut auctorem naturae stare potest, etiam in statu naturae lapsae, sine auxilio gratiae, cum solo auxilio speciali ordinis naturalis, at communis docent nostri Thomistae in Tractu de gratia. Ex quo patet solutio ad primam probationem in contrarium: nam quando Thomistae docent in tractatu de gratia, hominem in statu naturae lapsae non posse diligere Deum ut auctorem naturae, dilectione efficaci, sine gratia, non loquuntur de potentia antecedente, & ab actu separata (hanc enim dicunt hominem habere sine gratia, cum solo auxilio speciali ordinis naturalis) sed de potentia consequente & applicata ad actum, seu cum illo conjuncta, qua sine auxilio efficaci ordinis supernaturalis applicatae potentiam ad agendum, stare nequit; cum respicitur hominem, in statu elevationis ad finem supernaturalem, actu & de facto se convertere in Deum ut auctorem & finem naturalem, nisi etiam simul se convertat in ipsum & finem & auctorem supernaturalem, ut in eodem tractatu de gratia ostendimus.

211 Ex quo etiam patet solutio ad secundam probationem: cum enim fieri nequeat, quod in adimplente actuali supradicti precepti (qua secundum se & divinum considerata fieri posset viribus naturae) non admittatur de facto auxilia supernaturalia disponentia ad gratiam, non sequitur hominem ex solis viribus naturae se disponere ad gratiam, vel gratiam justificationis, aut aliqua supernaturalia auxilia, dari infallibiliter facienti quod est in se ex solis viribus naturae, sed solum ex auxilio gratiae. Unde recte S. Thomas locis citatis, docet, axioma illud, *Paterenti quod in se est, Deus non denegat gratiam*: debere intelligi de illo qui facit quod in se est, aditus gratiae. Et hic art. 6. ait quod si puer perveniat ad usum rationis, seipsum ordinaverit in debitum finem, per gratiam consequetur remissionem originalis peccati: nunquam enim contingit quod puer ad annos differentiationis perveniat seipsum ordinem in debitum finem, & convertat in Deum ut auctorem naturae, nisi etiam seipsum ordinem & convertat in Deum ut auctorem & finem supernaturalem, & mediante ista conversione se disponat ad gratiam sanctificantem qua remittit seu delet peccatum originale; unde sequitur peccatum veniale non posse in aliquo cum solo originali reperiri, ut §. sequenti patebit.

§. IV.

Alia difficultas expeditur.

Dico tertio: Impossibile est quod peccatum veniale sit in aliquo cum solo originali. Ita S. Thomas eodem art. 6. saepe citato, ubi id probat duplici ratione.

212 Prima, quae habetur in argumento *sed contra* sumitur ab inconvenienti, quod sequeretur ex adversa sententia. Si enim aliquis cum veniali & originali decederet, non esset locus in quo puniri posset: nam in limbo puerorum pro solo originali puniuntur homines: ad purgatorium non descendunt nisi anime quae in gratia decedunt, ut illo igne purgatae in calum conspiciant: ad infernum vero propter solum peccatum mortale actuale homines detrahuntur.

213 Nec valet quod aliqui dicunt, pertinere ad divinam providentiam res ita disponere, ut non permittat eum qui habet peccata venialia cum solo originali, mori in tali statu, quousque aut justificetur, aut aliquod mortale committat: sicut non permittit peccatorem praedestinatum mori, quousque a peccato mortali exeat, neque iustum reprobum; quousque in illud incidat: Non valet (inquam) nam praeterquam quod hoc videtur gratuitum, & irridetur a pluribus, non evacuat vim argumenti, nec vitat praedictum inconveniens: illud enim

non sinit in eo tantum quod anima cum peccato originali & veniali ab hac vita discedens, non inveniat tunc receptaculum in futura, in quo puniri possit; sed etiam in eo quod detur aliquis status hominis in hac vita, cui in futura nullus locus correspondeat, ad quem homo ipse secundum praesentem iustitiam, & juxta merita in quibus invenitur, sit destinatus: quod sane absurdissimum est. Nam si inter alios status hujus vitae, quos de lege communi possibiles admittimus, nullus est qui sibi non vindicet certum locum in futura, ad quem quotquot habent talem statum, ex quo sunt in illo, adeoque ante mortem, destinantur; cur dicamus dabilem esse illum quem Adversarii volunt, nempe hominis habentis peccatum veniale cum solo originali, si in existentibus quatenus in eo sunt, nullus in altera vita correspondeat, ad quem secundum praesentem iustitiam destinatur?

Quod potest confirmari & illustrari exemplo, ab ipsis Adversariis adducto. Licet enim ad divinam providentiam pertinet res ita disponere, ut non permittat peccatorem praedestinatum mori, antequam gratiam reciperet, nec iustum reprobum, antequam eam amittat; tamen dum sunt in hac vita, uniusquisque ratione status in quo est, habet aliquem locum sibi correspondentem in alia, in quo puniri aut premiari possit: nam iustus quantum talis permanet (sive alias praedestinatus, sive reprobus sit) ex vi status, & secundum praesentem iustitiam, destinatus est purgatorio vel caelo: peccator vero (sive alias reprobus, sive praedestinatus) dum peccator est, & secundum praesentem iustitiam, inferno: Ergo similiter, esto quod spectat ad divinam providentiam res ita disponere, ut non permittat eum, qui habet peccata venialia cum solo originali, mori in tali statu, si tamen hic status sit possibilis, debet in eo existentibus, quatenus in eo sunt, ac secundum praesentem iustitiam, assignari alia vitae aliquis locus, qui ipsi correspondeat; unde cum ille assignari nequeat, ut ostendimus, non leve argumentum est, huiusmodi statum esse impossibilem, & peccatum veniale non possit in aliquo cum solo originali reperiri.

Secunda ratio, quam S. Doctore habet in corpore ejusdem articuli potest fieri propositi. Si in homine posset reperiri peccatum veniale cum solo originali, vel hoc conveniret ante primum instantem usum rationis & libertatis, vel in ipso instanti, vel immediate post illud instanti? Nullum ex his dici potest: Ergo &c. Major patet a sufficienti enumeratione. Minor vero probatur quantum ad singulas partes. In primis enim quod hoc non possit convenire homini ante primum instantem usum rationis, manifestum videtur, quia ut homo possit peccare venialiter, debet esse rationis & libertatis particeps: Sed ante primum instantem usum rationis & libertatis, nec rationis, nec libertatis est compos, ut de se constat: Ergo sicut ante illud instantem, defectu usus rationis & libertatis, non est capax peccandi mortaliter, ita nec venialiter. Quod vero non possit id ei competere in ipso instanti usum rationis & libertatis, vel immediate post, sic potest ostendi. Puer in primo instanti usum rationis, aut justificatur, aut peccat mortaliter? Ergo non potest in eo instanti, vel immediate post, reperiri in ipso peccatum veniale cum solo originali. Consequenter patet, nam si justificetur, consequetur per gratiam remissionem originalis peccati, si vero peccat mortaliter, peccatum veniale, quod postea committit, non erit cum solo originali. Antecedens vero probatur ex dictis in precedentibus assertionibus: Nam ut ibi ostendimus, puer in primo instanti usum rationis tenetur inexculpabiliter se convertere in Deum, vel explicite, vel saltem implicite: si adimpleat hoc praecipuum, eo ipso in eodem instanti peccato originali mundatur per gratiam justificantem, qua ipsi infunditur a Deo; quia amor Dei super omnia non est compossibilis cum hac culpa, sicut neque cum alia mortali, ut supra ostendimus: si vero adimplere omittat, peccat mortaliter peccato omissionis: Ergo puer in primo instanti usum rationis, aut justificatur, aut mortaliter peccat.

Hanc rationem D. Thome aliquibus instantibus enervare conatur Adversarii. In primis obijciunt: Ratio in homine non expeditur omnino subito, sed successively & paulatim ligamina ejus tolluntur, praequam pervenit ad usum imperfectum & semiplenum, quam ad plenum & perfectum: Ergo cum imperfecta deliberatio sufficiat ad peccandum venialiter, ut patet in motibus concupiscentiae primo secundis (unde praeter peccata venialia ex genere, vel ex levitate materiae admittuntur a Theologis alia; quae venialia dicuntur ex deliberatione, seu ex defectu plenae & perfectae deliberationis, ut supra declaravimus art. 1. §. 1. notabili 3.) puer ante primum instantem morale usum rationis, in quo habet plenum & perfectum discernitum, seu rationis & libertatis usum, poterit peccare venialiter per aliquos motus indeliberatos: subindeque peccatum veniale cum originali tunc etiam in eo existeret poterit.

Confirmatur & explicatur hoc magis: Indubitata doctrina est apud Theologos, quod defectivo de illicito obje-

jecto mortali (quae in somno nullum est peccatum, quia totaliter usus rationis & libertatis est ligatus, & in vigilia esset mortale peccatum) inter somnum & vigiliam est tantum peccatum veniale, ob imperfectum usum rationis & libertatis pro illo statu in quo non adest tanta libertas, quae ad peccatum mortale sufficiat, idem est de vigilante ex ebrietate, vel ex amentia. Similiter ergo cum puer paulo antequam ad primum instantem morale usum rationis & libertatis, perveniat, sit quasi inter somnum & vigiliam libertatis, & veluti in crepusculo usus rationis, nondum tamen perfectum ejus usum & illustrationem attingat, potest tunc peccare venialiter, licet defectu plenae & perfectae libertatis non possit peccare mortaliter.

218 Ad argumentum respondeo, dato Antecedenti; negando Consequentiam. Ad cujus probationem dico cum Cajetano hic art. 6. §. 6. *Ad objectionem, Quod licet ad peccandum venialiter minus libertatis sufficiat in exercitio quam in mortali; quia absque deliberatione peccatur venialiter; non tamen sufficit in facultate, quia non peccatur venialiter absque libera facultate dominandi super singulos motus, quae facultas absque plena libertate non est.* Unde cum puer ante primum instantem morale usum rationis caret tali facultate, est forte aliquem usum imperfectum libertatis & rationis habere possit, tamen tunc incapax est peccandi venialiter. Ex quo patet responsio ad confirmationem, & discrimen quod inter puerum ante primum instantem usum rationis, & hominem inter somnum & vigiliam constitutum reperitur: esse enim in habitu habet facultatem plene deliberandi, licet non plene & perfecte expeditam, sed aliquoties impeditam: ille vero nec in actu, nec in habitu illam habet: & sic licet primus sit capax peccandi venialiter, non tamen secundus.

219 Addunt Carmelita Salmanticenses hic dubio 2. §. 2. quod est admittimus in puero aliquam libertatem incompletam & imperfectam ante perfectum usum rationis, hac tamen est libertas solum ad operandum indifferenter physice, sed non moraliter: quia cum, ob imperfectum lumen, non possit ante perfectum usum rationis cognoscere consonantiam vel dissonantiam suorum actuum a lege, ante illud tempus est incapax omnium moralitatis; quae in subjectione actus ad regulas bonum consistit: subindeque exigit in agente morali aliquam consonantiam & dissonantiam a lege notitiam: unde cum ad peccandum venialiter requiratur libertas ad operandum indifferenter, non solum physice, sed etiam moraliter, eo quod peccatum veniale sit actus humanus & moralis; puer ante primum instantem morale usum rationis non potest peccare venialiter, sicut tunc non potest bene moraliter agere, nec mereri.

220 Secundo opponunt nobis Adversarii ad enervandam eandem rationem D. Thome, quod esse ante instantem morale usum rationis nequeat peccare venialiter, id tamen praestare poterit in instanti, antequam vel adimpleat praecipuum dilectionis Dei, vel ejus omissionem mortaliter delinquat: quia cum illud instans non sit mathematicum & omnino indivisibile, sed morale, claudens in se aliquod temporis spatium, & satisfiat tali praecipuo, in toto illo instanti, vel in ejus termino adimpleatur, poterit assignari tempus sufficiens ad peccandum venialiter, etiam cum plena advertentia, antequam argeat ejus adimpletio, illud nimirum quod ab initio illius instantis moralis usque ad terminum exclusivae decurrit: cur enim in illa intermedia duratione non poterit aut loqui verbum otiosum, aut leve mendacium proferre, aut vanam aliquam cogitationem admittere?

221 Respondeo negando Antecedens. Ad cujus probationem dicendum cum Cajetano, quod licet instans, pro quo urget praecipuum dilectionis, non sit mathematicum, sed morale, subindeque includat tempus sufficiens ad deliberandum tam de aliis rebus, quam de adimplente praecipui se convertendi in Deum, debet tamen puer uti tempore illo ad deliberandum concessio, ut quam primum possit, deliberet de seipso, & de ordinatione sui in bonum honestum: unde si non quam primum potest deliberet, eo ipso peccat mortaliter, retardans voluntarie adimplentem praecipui: sicut peccaret non adimplendo illud, statim ac deliberationem perficeret. Porro qui in illo tempore necessario ad deliberandum diverteret attentionem ad verbum otiosum, vel mendacium proferendum, vel ad aliquid simile agendum, hoc ipso retardaret voluntarie deliberationem quae instat, & per consequens praecipui adimplentem. Cum enim (inquit Cajetano) *virtus unita sit major se ipsa dispersa, & a majori virtute citius hanc aliquid, quam a minori, ceteris paribus, consequens est ut citius deliberet non advertens: ac per hoc qui ad aliud aspicit tunc, non quam cito potest deliberat, libere suam vim minuit, & se tunc est omissionis praecipui, advertendo, & non quam cito potest deliberando. Et quomodo non tenentur ante terminum deliberationis eligere, tenentur tamen ante terminum nullum impedimentum apponere caritati; & propterea apponendo peccat mortaliter ante terminum, sicut*

*deliberationi operam non dant ante instantem quod terminatae deliberationem, peccat omissione.*

Addo cum Salmanticensibus, quod cum in illo instanti morali Auctor naturae tunc specialiter dictamine in intellectu pueri causato obligationem adimplendi tale praecipuum illi intimet, eumque per talem cognitionem urgeat ad deliberandum de seipso in ordine ad debitum, vel nullo modo, vel non nisi ex industria & data opera, potest puer ad aliud cogitandum diverti; & ideo si quae tunc diverso fieret, vel ad dicendum mendacium, vel ad aliquid aliud, per quod deliberatio illa retardaretur, jam non quasi ex surreptione aut semiplena tantum advertentia incidens, damnetur ad solam culpam venialem, sed ut habita ex animo, & data opera, imputatur ad mortalem.

Obijcies ultimo. Esti puer in instanti usum rationis adimpleat supra dictum praecipuum, & seipsum ordinem ad bonum honestum, aut explicito convertat in Deum auctorem & finem naturalem, non tamen necesse est ut in eo instanti justificetur, subindeque a peccato originali mundetur, sed potest ejus justificatio differri, saltem per aliquod breve tempus, in quo proinde dabitur locus, ut puer ante ipsam justificationem venialiter peccet, etiamsi nihil mortale committat: Ergo ruit praecipuum fundamentum, cui ratio D. Thome innititur. Consequenter patet ex supra dictis. Antecedens probatur: Primo quia ad justificationem non sufficit amor Dei praecise ut finis naturalis: sed requiritur amor finis supernaturalis, qui est a caritate. Secundo, quia ad justificationem requiritur etiam cognitio mysteriorum quae fides credit, ut docetur in tractatu de justificatione, & de fide. Sed hanc cognitionem pueri non semper habent in primo instanti usum rationis, quia illa non habetur nisi per instructionem, juxta illud Apostoli ad Rom. 10. *Quomodo credent ei quem non audierunt? Quomodo autem audient sine praedicatione?* plurimi autem sunt pervenientes ad usum rationis, qui nihil audierunt de mysteriis fidei, neque habent a quo illa addiscant, ut patet de illis qui apud gentes & barbaros, ubi nulla fulget lux Evangelii, nutriuntur: Ergo illi, est in instanti usum rationis praedictum praecipuum adimpleant, & se in bonum honestum, aut in Deum ut auctorem naturae convertant, non tamen statim justificantur, sed post tempus, in quo de mysteriis fidei instruantur, ut ea possint credere.

Confirmatur ex D. Thoma q. 14. de verit. art. 11. ubi proponens sibi hunc casum, nempe quod aliquis nutritus in sylvis, vel apud barbaros, ubi nihil de nostra fide audiret, sequeretur per omnia ductum naturalem rationis in appetitu boni & fuga mali, subindeque adimpleret praecipuum de quo agimus, non ait fore justificationem in eodem instanti, sed expectandum potius quousque Dei vel specialiter revelatione manifestaret illi praedicta mysteria, vel mitteret illuc praedicatorum a quo instrueretur: *Si aliquis (inquit in resp. ad 1.) ceteris nutritus, ductum naturalem rationis sequeretur in appetitu boni & fuga mali, corrigi sine venudum est, quod ei Deus, vel per internum inspirationem revelaret ea quae sunt ad credendum necessaria, vel aliquem fidei praedictorem ad eum dirigeret, sicut misit Petrus ad Cornelium: Actuum 10.* Sed ut praedicator mittatur, & missus perveniat, & pervenient instruat puerum, necessarium est tempus & dilatio aliqua, ut de se patet: Ergo puer ille sequens ductum naturalem rationis in appetitu boni & fuga mali, subindeque adimplens praecipuum de quo agimus, non statim justificaretur, sed ejus justificatio toto eo tempore differretur.

Ad objectionem respondeo negando Antecedens. Ad cujus primam probationem dicendum est, pueri praedictum praecipuum adimplenti infallibiliter a Deo conferri gratiam & caritatem, per quam justificatur: nam cum efficac conversio in Deum ut finem ultimum naturalem, sit impossibilis cum averfione ab ipso ut sine supernaturali, fieri nequit ut puer insectus originali culpa, quae est averfio ab isto fine, eliciat talem conversionem, nisi simul aut prius ab originali culpa mundetur; atque adeo nisi gratia & caritas ibi concurrant, saltem ut removere illam averfionem, conversionem istam prohibentem.

Ad secundam probationem dico, ad justificationem non esse necessarium necessitate mediis cognoscere, & credere explicito omnia objecta & mysteria fidei, sed tantum aliqua. Quae autem illa sint disputant Theologi in tractatu de fide, ubi aliqui docent, ad justificationem sufficere, si credatur explicito illud quod ait Apostolus ad Hebraeos 3. nempe quod Deus est, & sperantibus in se remunerator est. Alii vero probabilius existimant, ad illam in lege Evangelica requiri explicitam mysteriorum Trinitatis & Incarnationis cognitionem. Nec obstat quod puer ad usum rationis pervenient, interdum nihil audierit de illis mysteriis, nec aliquem habeat a quo de illis instruat. Nam si Deus sua infinita misericordia conferat illi auxilium efficac ad praedictam conversionem, per seipsum immediate illi manifestabit interius quaecumque expli-



explicita sub praedicta necessitate credenda sunt, neque specialior aut magis extraordinaria censeri debet hac providentia, quam illa misericordia & voluntas absoluta conferenti tali puero auxilium efficac adimplendum praecipuum. Verba autem Apostoli: Quomodo credent ei quem non audierunt? intelligi debent juxta communem & regularem providentiam, juxta quam Deus hac interna manifestatione uti non vult.

Ad confirmationem ex auctoritate D. Thomae desumptam, respondetur primo, S. Doctorem non dicere determinate, puerum in sylvis apud barbaras gentes educatum, & sequentem ductum naturalis rationis in appetitu boni & fuga mali, subindeque impletem praecipuum de quo agimus, esse per praedictorem fide, quem Deus ad eum dirigeret, instruendum de mysteriis, necessitate necessitate medi ad justificationem credendis, sed vel hoc modo, vel a solo Deo interius illuminante, seu infundente lumen fidei ad credendum, & objecta credibilia simul praecipuum, quod fieri potest in eodem instanti, quo puer ille adimplet praecipuum, & se convertit in Deum, subindeque in eodem instanti potest a peccato originali mundari, cum tota prioritate naturae & causalitatis, quae inter gratiam justificantem & actus ad ipsam proxime disponentes reperitur, de qua in materia de justificatione.

Secundo respondeo cum Alvarez, Gonzalez & alii

Thomistis, quod instructio illa pueri in sylvis nutriti, & sequentis ductum naturalis rationis in appetitu boni & fuga mali, pro qua D. Thomas ad praedictorem externum recurrit, non est instructio indispensabiliter necessaria ad justificationem, aut de illis mysteriis, quae necesse est credere necessitate medi ad primam gratiam obtinendam, sed de aliis: sine quibus explicite creditis potest conferri talis gratia. Ut sunt mysteria Nativitatis, Resurrectionis, Ascensionis Christi, & alia hujusmodi, ad quae addiscenda & explicite credenda tenetur homo, quam primum potest, necessitate praecipui. Unde recurrit ille ad externum praedictorem supponit puerum, ad quem instituendum mittitur, esse jam justificatum, & per internam illustrationem de mysteriis ad justificationem necessario credendis a Deo instructum & illuminatum, & solum a D. Thoma requiritur, ut talis puer in fide plenius instruat; sicut patet exemplo Cornelii, quo ibidem utitur: Cornelius enim, quando ad eum missus est Petrus, erat jam justificatus, & habebat fidem & gratiam: Alioquin ejus operatio non fuisset accepta Deo, cui sine fide nullus placere potest, ut ait idem Sanctus Doctor a. 2. quae. 1c. artic. 4. ad 4. subdens: Habebat autem fidem implicitam, nondum manifestata Evangelii veritate: unde usum in fide plenius instrueret, mittitur ad eum Petrus.

# TRACTATUS SEXTUS DE LEGIBUS,

Ad Quaestionem 90. D. Thomae, usque ad 109.

## P R A E F A T I O.



Olui (Amice Lector) ut in nostra Theologia velut integro corpore, hanc de legibus partem desiderares, quam ego saepius in plurimis Theologiae desideravi, quos prope exleges dixerim, quod hanc de legibus tractationem praetermiserim, quibus nullus nihil ad humanam vitam officia instituenda, aut necessarium magis esse potest; quae, ut Tullius voluit, instar nervorum & sanguinis per membra efflasi, Republicam servant; immo & quibus universa hac verum omnium series regitur & constat. Neque enim singulis legibus hominibus, aut rebus publicis instituta esse leges existimandum est; cum ipsa verum, elementorum, caloremque compages, quam universum & mundum dicimus, ita positus servatissime legibus constat, ut verissime dici possit, quod de rebus publicis Aristoteles scripsit 3. Rhetor. eorum salutem in legibus constitutam esse. Cum Deus prima mundi fundamenta faceret & immensam hanc corporum molem, velut extensa linea, ut loquitur Scriptura Job 28. metiretur, legimus postquam legem aquis ne transirent fines suos Prov. 8. nec aliud mensura, numerus, pondusque verum significavit, quam aeternam legem, quae omnia in ordinem cogit, res ad suos fines dirigit, ac rebus modum imponit. Quid enim patet iratum turbatumque mare demulcere, nisi quidam dicit, retardare, aut frangere, dum immensa aquarum voluminibus, quas procella, tempestatesque sonora excitant & impellunt, naufragium verum minatur? Hac impresse littori scriptaque lege coarctetur, eamque legem verum, ut e Patribus quidam dicit, mare primum in littore, curvatisque fluctibus, terminum posteriorem adorat. Sed quid de calorum motibus, varietate temporum, imputabili ordine recurrentium dicitur? Utinam tam otiosum parerit homo legi sibi insita, quam res inanimae & solius Dei importi capaces, possit sibi legibus parere. Nec vero ita suo arbitrio hominem relictum esse censendum est, ut nullis cum natura debeat legibus, virtutis & rationi consentanea prosequi, & prava devotari. Habet homo innatam nec ignotam sibi legem, inquit Bernardus Eib. de diligendo Deo, qua facienda & prosequenda demonstrat, & quae sibi contraria prohibet. Hanc legem Tullius summa elegantia explicavit, & ut Latinitate referenti visum est, bene divina voce designavit. Est quidem (inquit Tull. apud eundem Lat. Lib. 6. instit.) vera lex, recta ratio, naturae congrua, diffusa in omnes, constans, sempiterna, quae vocet ad officium jubendo, vetando a fraude deterreat. Huius legi nec propagari fas est; neque derogari ex hac aliquid licet, neque tota abrogari potest. Nec vero aut per senatum, aut populum solvi hac lege possumus, neque est querendum explanator aut interpres ejus alius. Nec erit alia lex Romae, alia Athenis, alia nunc, alia posthac: Sed & omnes gentes, & cum tempore: una lex & sempiterna & immutabilis continentur: unumque erit eorumque quasi magister & imperator omnium Deus; ille legis hujus inventor, disceptor, lator. Hac sane egregia legis natura, impressa mortalium omnium animis, explicatio & commendatio. Verum praeter eam naturam legem, vel innatam homini rationi capaci, vel impressam creaturis, omnis sensus & rationis experitibus; alius inter homines a sapientibus promulgatus leges necesse fuit; ad societatem creaturis, omnis sensus & rationis experitibus; alius inter homines a sapientibus promulgatus leges necesse fuit; ad societatem hominum intendendam, ad instituendum regimen, ad suum cuique jus servandum, & impedierum hominum periculandam vitandam. Nam quod probat actus, iusto non est lex posita, ut ait Aristoteles Lib. 1. Ethic. cap. 8. inquit, politus & liberalis homo, ita animo affectus est, ut sibi lex esse velit. Etenim nihil spiritus de his naturalibus lege statuitur, quae in variis casibus, negotiis, causisque accidit, de quibus sententia ferenda est: nec praeter omnium hominum arbitrium permittendum fuerat, ut de his rebus statuerent, & judicium ferrent, cum solent variis affectibus ducti, a quibus in eadem res, non eadem sapienter iudicium proficerentur. Resse enim T. Livius Lib. 8. dicit, hominem esse a quo impetres, ubi jus, ubi injuria; esse gratia locum, esse beneficium; & irasci & ignoscere posse: inter amicum & inimicum discernitur. Igitur constituenda leges erant, firma, immutabiles, quibus in causis pari, eadem vel supplicia vel praemia decernerentur. Unde legem dicit idem historicarum scriptor, rem fardam, & inexorabilem esse, flubrioremque, melioremque inopi, quam potenti, nihil laxamenti ac venia habere, si modum excesserit. Sed quid de divinis legibus statuemus? An non praeter eas leges quibus homines ad civilem civitatem vitam ducendam instituuntur, quae in re potiores habent & auctores Philosophos, alia constituta sunt leges quibus deceruntur ea quae ad divinum cultum pertinent, & ad aeternam beatitudinem promovendum? Sane non omnia legibus constantibus & regeruntur, nisi Religio suas leges habere, quibus & virtutibus cultum doceret, & illam sanctitatem tueretur. Quare dupliem hominibus legem Deus olim promulgavit, utaque Religio praecipuum fecit. Alteram veterem, quae bene obedientiam naturalem, in memoriam hominum, utinamque revertaret, alteram gratia, quae imperfectam veterem proficeret, & vitam impleret, alteram, quae Judaei, ut servit timore; alteram quae Christiani, in libertatem filiorum vindicant, amore regerentur. Egregie enim Augustinus dicit, facili differunt utraque legem distinguunt, timore & amore. Etenim quod reverentiam argumentum a Judaeis excitatum est legem in lapidibus scriptam, ut apud Romanos aetate tabulis ad perpetuam legem insculptam; verus instinctus legis veteris rigorem demonstrat. Vis enim alia dicitur, rigentiorque lex esse potuit, quam qua tot caeremonias ut quibus lata fuerat, baptisimatibus, caeremoniisque ut

vocat Apostolus, leges iustitiae onerabat, ut impossibile jugum dici poterit; & qua tot vitiorum sanguine sancta est, ut bene dixerim, quod de Draconis cuiusdam legibus Aristoteles dicit, scriptam sanguine videri potuisse. Sed ejusmodi lex esse debuerat imposta servis, qui nisi verberibus malivos non sunt. Verum facilius legi veteri sanctiorque lex nova, alius non lapsa, sed data successit; qui scriba in cordibus tota gratia & amore constat, amore regit, amore servatur, & cum ultima sit, omnium absolutissima cui nihil desit, praeter ceteras, quatuor dotes habet quae in humanis legibus ac veteri desiderantur, quas summa eloquentia Vates explicat, ut D. Thomas advertit l. 2. q. 91. art. 4. Immaculata est, quod nihil pravum aut jubeat aut permittat. Convertens animas, quod non ad externum hominum motum, sed interius astium, quod animi sensus regat. Testimonium fidele, quod nulli errori obnoxia sit. Sapientiam praestans parvulis, quod ad aeternam beatitudinem hominem vocet & promovet. Hac legum omnia officia & dotes: unde manifestum sit, verum amicum naturae, hominum, verum publicanum, ac Religionis salutem, in legibus constitutam esse. Non putabam (Amice Lector) me iam multa de legibus praefationis loco dixerim, sed dumtaxat volueram pauper in limine se sistere, ne te magis impellerem, quam ducere in hanc tractationem viderem. Sed nihil eorum praetermittere potui, ut probarem quod ex Philosopho a me propositum intus fuerat, verum omnium salutem, in legibus sitam esse, legibus totius universi ordinem constare. Sed hoc saltem commundum reportabo, ut totius tractationis synopsis, & partitionem delineaverim. Disputationibus enim quas institui, tractationem omnem absolvam, & naturam, munera, dotes legum hoc ordine, in communi, aeterna, naturalis, humana, divina, veteris, & novae explicabo.

### DISPUTATIO I.

De lege in Communi.

Ad quaest. 90. Divi Thomae, & duas sequentes.



Um juxta Apostolum ad Roman. 6. peccati cognitio per legem habetur, ipsumque peccatum legis transgressio sit, ad perfectionem Tractatus de peccatis intelligentiam, tractationem de legibus subiungimus, ut ab universalibus ad particularia descendamus, primo agemus de lege in communi, deinde varias ejus species exponemus.

### ARTICULUS I.

Utrum lex essentialiter pertineat ad intellectum, vel ad voluntatem?

S. I.

Quibusdam promissis referuntur sententia?

- 1 Notandum primo, hoc nomen lex dici, vel a legendo, eo quod homo in ipsa legit quod illi agendum vel omittendum est, aut quia leges olim scripto tradebantur, ut ab omnibus legerentur, ut Iffidorus ait lib. 2. Etymol. cap. 10. Vel ab eligendo, ut Cicero lib. 2. de legibus censet, quia ipsa lex est regula eligendorum. Vel juxta D. Thomae art. 1. Caliodorum, & Damasceni commentatorem, lib. 4. fidei cap. 23. a ligando, quia per eam ligantur subditi ad ipsius observantiam, ut ait S. Doctor. Vel ut loquitur Caliodorus apud praedictum Damasceni commentatorem, eo quod animos nostrae leges, suisque tenent obnoxia constituit. Et haec etymologia fundamentum habet in Scriptura, in qua leges saepius ab hoc effectu ligandi, vincula appellantur: Psalm. 2. Dirumpamus vincula eorum. Jeremie 2. A saxo confregisti jugum meum, rupisti vincula mea, & alibi; Non serviam.
- 2 Notandum secundo ex Sylvio, verbo Lex num. 1. haec nomina lex, jus, statutum, aut constitutum, idem significare. Dicitur enim jus, quatenus ostendit unicuique tribuendum esse quod suum est. Dicitur statutum, quia stabile & firmum debet esse ad omnes. Dicitur constitutum, quatenus plurium consilium & consensus debet procedere & concurrere ad stabilendam legem. Denique dicitur lex, quatenus per eam ligantur subditi ad ipsius observantiam.
- 3 Notandum tertio, nonnulla esse quae non nisi improprie leges appellantur, cumquidem est naturalis inclinatio & impulsio appetitus sensitivi ad malum, quae ad Roman. 7. vocatur lex peccati: & naturalis aquarum necessitas a Deo imposta ne transcant fines suos Prov. 8. Quando appendebat fundamenta terrae, & legem ponebat aquis, ne transirent fines suos; id est quando ponebat causas, quibus intra certos terminos aquae contentinerentur. Demum lex accipitur lato modo pro norma seu regula quarumcumque actionum tam intellectus, quam voluntatis, ut cum dicitur leges Dialecticae & Grammaticae. De lege sic late & improprie accepta, non agimus in presenti, sed illam in propria & stricta acceptione, prout est regula & mensura actuum humanorum, consideramus.
- 4 Demum existentiam seu necessitatem legum, ut certam & manifestam supponimus, eam enim insinuat ipsa natura creaturae intellectualis, quae cum non possit esse sibi regula moralium operationum, necessario eget aliquo superiore, a quo certa lege & norma in suis operationibus dirigatur, ne a fine ad quem creata est aberret. Cum enim ipsa natura defectibilis sit, & a fine honestatis ad quem inclinatur, deflectere possit, necessaria est alicuius lex, quae illam per certam normam ad suum finem dirigat. Quae ratio non solum demonstrat necessitatem legis naturalis

ad finem naturalem consequendum, sed multo magis necessitatem legis supernaturalis ad finem supernaturalem obtinendum; nam cum hic altior sit, & humanae mentis naturaliter ignotus, homo non potest ad illum pertingere, nisi a altiori lege dirigatur, & auxiliis supernaturalibus adjuvetur. Eadem ratio probat, in omni stata legem necessariam fuisse creaturae intellectuali, cum in omni statu maneat subiecta Deo, & dirigibilis in ordine ad aliquos saltem actus, quibus finem suum naturalem vel supernaturalem consequatur.

Potest etiam legum necessitas ac utilitas ipsa experientia comprobari, cum constat nullam Republicanam abque legibus stare posse; alioquin adulteria, furta, homicidia, & quaelibet alia scelera, quae statim Republicanam funditus evertunt, impune grassarentur, juxta illud vulgatum Augustini 4. de civit. cap. 4. Remota iustitia (qua per leges potissimum statuitur) quid sunt regna nisi magna latrocinia? Cui etiam consonat illud Iffidori lib. 5. Etymologiae vel Originum cap. 20. Facta sunt leges, ut humano more humano, coerceretur audacia, rutaque sit inter improbi innocentia, & in ipsi improbi formidato supplicio refrareret nocendi facultas. Quare merito ait Aristoteles 3. Rhetoricorum, Reipublicae salutem in legibus constitutam esse.

Huc revocari possunt quaedam legis encomia; quibus ejus necessitas & utilitas optime declaratur. Nam legitur de legibus sic dicitur. Lex est commune praecipuum, virorum prudentium consilium, delictorum correctio, communis Reipublicae sponso. Dicitur etiam lex mens & consilium aequitatis, virtutum adhortatrix, vitiorum expultrix, iustitiae lumen ac column, mentis lucerna, & regula actionum humanarum. Demum ut de lege nova ait Augustinus lib. de spiritu & littera: Lex data est, ut gratia acquireretur; gratia data est, ut lex adimpleretur.

His suppositis, quantum ad nomen, & necessitatem, atque existentiam legis, ut ipsius quidditatem, & essentiam declaramus, inquirimus, an lex essentialiter ad intellectum vel ad voluntatem pertineat, & cujus est illis potentia actus existat? in cujus difficultatis resolutione tres reperio Theologorum sententias. Alii enim censent, legem ad voluntatem pertinere, & alii ad intellectum, alii ad utramque potentiam. Primum docent Alphonsus a Castro lib. 1. de lege poenali cap. 1. Joannes Medina Codice de Oratione q. 2. & Suarez lib. 1. de legibus cap. 5. num. 24. ubi legem in Principe existentem ait esse actum ipsius voluntatis iustae & rectae, quo vult inferiorem obligare ad hoc vel illud faciendum. Secundum asserit a D. Thoma hic art. 1. & ab omnibus ejus Discipulis, quos sequuntur Vasquez, Valentia, Azorius, & alii. Tertiam denique sententiam, in utroque actu intellectus & voluntatis essentiam legis constituentem, tunc Gerfon Alphabeto 2. de potestate Ecclesiae, considerat. 13. quae est de origine juris & legum, Gregorius Ariminenis in 1. dist. ultima, quae. unica, & Becanus in Tractu de legibus, cap. 1.

S. II.

Sententia D. Thomae praferetur.

Dico igitur, lex, quantum ad suam substantiam, consistit in actu intellectus, sed praesuppositiva, & de connotato, importat actum voluntatis.

(Prima pars est D. Thomae hic art. 1. ubi illam probat primo, in argumento sed contra, ex eo quod ad legem pertinet praecipere & imperare. Sed hoc essentialiter pertinet ad intellectum, ut ostendatur supra q. 27. art. 1. ubi sic ait: Imperare est essentialiter actus rationis, imperans enim ordinat eum cui imperat ad aliquid agendum, instigando, vel denuntiando: Sic autem ordinare per modum cuiusdam institutionis, est rationis. De quo fuit in Tractu de actibus humanis disp. 11. art. 3.)

Deinde in corpore articuli sic discurrit: Lex nihil est aliud, quam regula quaedam & mensura humanorum actuum, secundum quam inducitur quis ad agendum, vel ab agendo retrahitur: Sed regulare & mensurare actus humanos,